plenitudo diuinitatis fuit corporali
ter & in anti christo omnes erunt forti
tudines & signa atq; prodigia sed uni
uersa mendacia. Quomodo enim
signis di qui operabatur p moysen
magi suis resistebant mendaciis
& uirga moysi deuorauit uirgas
eo(rum) ita mendaciu anti christi xpi
ueritas deuorabit. Seducentur
autem q(ui) mendacio qui p(er)ditioni sunt
p(re)parati. Et quia tacita quaestio
poterat commoueri. Quur enim
concessit ds omne eu habere uirtu
tem & signa atq; p(ro)digia p quae sedu
cant si fieri potest & electos
solutione p(re)uenit quaestionem. Et
quod obponi poterat antequam obpo
natur absoluit. Faciet inquit haec
omnia non sua uirtute sed con~~fessione~~ (cessi)one di
pp iudaeos. Ut quia noluer(un)t caritate
recipere ueritatis hoc est xpm quia
caritas di diffusa est in corde credentium
& ipse dicit ego sum ueritas. De quo in psal
mis scribtum est. Ueritas de terra orta est.
Qui ergo caritatem & ueritatem non rece
per(un)t ut saluatore suscepto salui fie
rent. Mittit illis ds non operatorem
sed ipsam operationem id est fontem er
roris ut credant mendacio. quia men
dax est ipse & pater eius. Et si quidem an
tichristus de uirgine natus esset & pri
mus uenisset in mundum poterant habere
iudei excusationem & dicere.

quod putauerint ueritatem & idcirco
mendacium pro ueritate susceperint.
Nunc autem ideo iudicandi sunt immo p(ro)cul dubio
condemnandi quia xpo ueritate con
tempta postea mendacium id est anti chris
tum suscepturi sunt. EXPL.

# ITEM LIBER HIERONIMI AD EDIBIAM DE QUAESTIB: XII. INCIP CAPITULA.

I Quomodo p(er)fectus esse quis possit. & quomodo
uiuere debeat uidua quae sine liberis derelicta.

II Quid sit quod in matheo scribtum est. Dico autem uobis non bi
bam amodo de hoc genimine uitis usq; in diem quo il
lud bibam uobiscum nouum in regno patris mei.

III Quae causa sit ut de resurrectione & apparitione
dni euangelistae diuersa narrauerint. &
quur dicente matheo quod uespere sabbati inlucis
cente in una sabbati dns resurrexerit. marcus ma
ne eum altehius diei id est tertiae resurrexisse.

IIII Quomodo iuxta matheum uespere sabbati maria magdalene uidit dnm

V Quomodo iuxta matheum maria magdalene
uespere sabbati cum altera maria aduoluta pe
dibus saluatoris secundum iohannem mane una sab
bati audit a dno. Noli me tangere. Necdum enim
ascendi ad patrem meum.

VI Quomodo custodientium militum turba petrus
& iohannes libere ingressi sint sepulchrum nul
lo p(ro)hibente custode.

VII Quomodo matheus scribit & marcus quod man
datum sit apostolis p(er) mulieres ut p(rae)cederent
saluatorem in galilea & ibi eum uiderent. lucas
autem & iohannes inferunt eum ab apostolis uisum esse co

VIII Quid sit quod in matheo legimus monumenta
ta aperta & multa corpora scorum qui dormierant

[Right margin, vertical: resurgentem ... uidit et angelis ... [illegible] ... sepulchro ...]

© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0445